



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 95. Sessio XIX. Basileensis Synodi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Sæcul. XV.** rent, quo Mediolanensium Dux Synodum  
**A. C. 1434.** sibi adversus Eugenium favere undique  
 divulgabat. Legati Florentiam delata  
 quantum adversam Pontificis vicem do  
 lerent, testificantur, eidemque omne, quod  
 in ipsis esset, ad res suas in pristinum sta  
 tum reducendas auxilium pollicentur  
 aliunde enim Cardinales isti maximi  
 apud Italos auctoritate pollebant, præ  
 pue Cardinalis Sanctæ Crucis, cujus pro  
 bitas plurimum ibidem suspiciebatur  
 Non desunt Auctorum nonnulli, qui con  
 jiciunt, Synodi Patres studiose hunc Ca  
 dinalem sub specioso legationis obtenu  
 se amandasse, eo quod illum valde sibi in illa  
 quæ contra Sedis Apostolicæ auctorita  
 tem moliebantur, adversari intelligerent

## §. XCV.

*Seffio decima nona Basileensis Sy  
 nodi.*

**Labbe Conc.** Interea temporis, cum Papa Eugenio  
**so. 12. p. 541.** Florentiæ versaretur, septima die Se  
 ptembris, quæ erat feria tertia, habitu  
 est Seffio decima nona, in qua com  
 plura maximi momenti negotia pertraf  
 ta fuere, veluti unio Græcorum cum La  
 tinis, Bohemorum reconciliatio, & Ju  
 dæorum conversio. Priusquam vero de  
 singulis istis differere ordiamur, ut perfe  
 ctam de unione Græcorum notitiam affe  
 que

quamur, rem ex altioribus nonnihil princi- **Sæcul. XV.**  
piis deducere aggredimur, sequentes vesti- **A.C. 1434.**  
gia Augustini Patricii Senensis Canonici,  
qui totum negotium memoriae proditum  
reliquit, & ingenti solertia, sincerissimo  
veritatis studio, necnon perspicuo ac flui-  
do sermone descripsit.

§. XCVI.

*Tractatus Synodi cum Græcis.*

**I**taque præfatus Auctor testatur, jam *Conc. genit.*  
jam a Martino V Papa agi cæptum *tom. 12. p.*  
*de unione Græcorum, ac mutuo utrin-* <sup>1527</sup>  
que consensu stabilitum, ut Imperator, &  
Patriarcha Constantinopolitanus cum Pa-  
triarcha Armenorum, Imperatore Trape-  
zuntino, aliisque Prælatis ac Ecclesiæ  
Orientalis Principum Legatis ad genera-  
le Concilium intra Italiam fines celebra-  
dum venirent, Martino autem e vivis sub-  
lato, ejusmodi tractatum ab Eugenio ejus  
successore instauratum esse: Inde Pontifi-  
catus ejus initio Græcorum Legatos Ro-  
mam venisse, ac post multas disceptatio-  
nes tandem inter eos conventum, ut a  
Sede Apostolica Legati, unacum certo  
Doctorum numero in Orientem mitteren-  
tur, qui Orientales ad Concilium Constan-  
tinopolim vocarent, ibique Apostolicæ Se-  
dis nomine de unione tractarent. Inter-  
ea vero Græcos mentem mutasse, post-

K 2

quam